

60 ANTIENNES ET MOTETS AU SAINT SACREMENT.

guris ve-re la-titas : Tibi se cor me-um to-tum sub-jicit,  
 Qui-a te contemplans totum defi-cit. J esu, quem ve-  
 latum nunc aspi-cio, O-ro fiat illud, quod tam si-ti-o,  
 Ut te re-ve-la-ta cernens faci-e, Vi-su sim be-a-tus tu-æ glo-  
 ri-æ. A - men. 5.

*N. B. Après la première strophe, on peut chanter les suivantes :*

Visus, tactus, gustus in te fallitur :  
 Sed auditu solo tuto creditur,  
 Credo quidquid dixit Dei Filius :  
 Nil hoc veritatis verbo verius.

In cruce latebat sola Deitas ;  
 At hic latet simul et humanitas :  
 Ambo tamen credens atque confitens,  
 Peto quod petivit latro pœnitens.

Plagas, sicut Thomas, non intueor,  
 Deum tamen meum te confiteor :  
 Fac me tibi semper magis credere,  
 In te spem habere, te diligere.

O memoriale mortis Domini !  
 Panis vivus, vitam prestans homini,  
 Praesta meæ menti de te vivere,  
 Et te illi semper dulce sapere.

Pie pellicane, Jesu Domine,  
 Me immundum munda tuo Sanguine,  
 Cujus una stilla salvum facere  
 Totum mundum quit ab omni sceleri